



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tora nevi'im u-ketuvim**

**Leusden, Johannes**

**Amstelodami, 1667**

Judicium Professorum S. Theologiæ in Academiâ Lugdunensi, De novâ hâc  
Editione Bibliorum Hebraicorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39406**



# Judicium Professorum

S. Theologiæ in Academiâ

## LUGDUNENSIS,

*De novâ hâc Editione Bibliorum Hebræicorum.*

Lectori pio S.

**S***Ine dubio ad implendum id, quod Deus per Jeremiam promisit, Se positurum legem suam in medio omnium, pertinet, quòd sacrae literæ & sapius & semper elegantius, nitidius, atque emendatius, cum discere volentibus communicantur, ita ut etiam plures ad eas discendum invitentur. Non potuimus igitur non lætari & gratulari Ecclesiæ ac Mundo, quum vidimus non intercidere id studium. Quemadmodum hanc Editionem literarum sanctarum Veteris Testamenti, tam nitidam, ut apparet, tam ad usum habitilem, & lemmatibus ad inventionem quæditorum minimè ineptis instructam, à mendis verò, quantum, non quidem longi temporis, tamen nec indiligenti animadversione deprehendimus, magna cum cura liberatam ex Typographéo viri egregii JOSEPHI ATHIAS prodire & in manus hominum se ingerere videmus. Spes est, abundante verbo, etiam cognitionem & fidem & fructus ejus magis magisque abundantura, per Dei benedictionem. Neque enim vult verbum suum ad se redire vacuum. Quemadmodum autem Hebræi capsarii Ecclesiæ, in quorum ore Deus esse vult verbum Propheticum usque ad ultimum diem, hanc utilitatem præstant nobis: ita æquum est, ut Deum pro iis oremus, ne diutius abscondat faciem suam ab ipsis, sed veniat Sioni Goël atque Assertor, & conversis à defectione in Jacobo. Amen.*

Lugduni Batavorum d. 3.

Maii 1667.

Abrahamus Heidanus.

Johannes Coccejus.